Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36525
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

Descendens autem petrus ad uiros dixit. Ecce ego sum
quem quaeritis. quae causa est propter quam uenistis. Et
dixerunt. Cornelius centurio uir iustus et timens dm.
et testimonium habens ab uniuersa gente iudeorum.
responsum accepit ab angelo sancto. accersire te in domum
suam et audire uerba abste. Introducens ergo eos.
recepit hospitio. Sequenti autem die surgens profect
est cum eis. et quidam ex frib; ioppe comitati sunt eum.
altera autem die intrauit cesaream.

Cornelius uero expectabat illos. conuocatis cognatis suis.
et necessariis amicis. Et factum est cum introisset petrus
obuiuus ei cornelius uenit. et procidens ad pedes eius. et
adorauit. Petrus uero leuauit eum dicens. Surge. et ego ip
se homo sum. et loquens cum illo intrauit. et inuenit
multos qui conuenerant. dixitque ad illos. Vos scitis quo
m abhominatum sit uiro iudeo iungi et accedere
ad alienigenam. sed mihi ostendit ds nemini commune
aut immundum dicere hominem. Propter quod sine dubitatio
ne ueni accersitus. interrogo ergo quam ob causam
accersisti me. Et cornelius ait. Ab hac
quarta die usque ad hanc horam orans eram hora nona
in domo mea. et ecce uir steti ante me in uiste can
dida et ait. Cornelii exaudita est oratio tua. et elemo
sinae tuae commemoratae sunt in conspectu dei. Mitte ergo
in ioppen. et accersi simonem qui cognominatur petrus.
hic hospitatur in domo simonis coriarii. iuxta mare.
Confestim igitur misi ad te. et tu benefecisti uenendo.
Nunc ergo omnes nos in conspectu tuo adsumus audire omnia
quaecumque tibi praecepta sunt a dno. Aperiens autem
petrus os dixit. In ueritate comperi. quod non est persona